



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm || Ianvarii Et Febrvarii

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10258**

De S. Mauro episcopo Cæsennat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77365)

tiam infelices & miseri; & liberate vos à tormentis imminentibus. Cui ambo responde-  
runt: Nunquam tam benè epulati sumus: quia modò cœpimus esse fixi in amore Chri-  
sti. Vtinam nos sic esse permittas: quandiu huius corporis tegimur indumento. Cumq;  
transfuerit vnum dies & nox, & illi in psalmis & hymnis perseverarent: iussit ambos vbi sta-  
bant: lanceis per latera verberari, atque ita etiam ipsi cum martyrij gloria ad fiderea re-  
gnamigrarunt: seultiq; sunt via Appia, millario secundo ab Urbe, in loco qui voca-  
tur Ad arenas: quia cryptæ arenarum illuc erant: ex quibus Urbis mœnia struebantur.

+alij habet.  
Ardeatina.

His igitur expletis, beatus Sebastianus conuentus est: & quia, vt diximus, videbatur  
sub chlamyde latére: cùm Christi esset dignissimus miles, suggestit de eo p̄fectus Dio-  
cletiano Imperatori. Eum itaque ad se vocans Diocletianus, ait illi: Ego te inter primos  
in palatio meo semper habui: & tu contra salutem meam in deorum iniuriam haec tenus  
latuisti? Sebastianus dixit: Pro salute tua Christum semper colui: & pro statu orbis Ro-  
mani illum, qui in cælis est, semper adoraui: considerans à lapidibus auxilium petere,  
infani esse & vani capit. Tunc iratus Diocletianus, iussit cum duci in medium cam-  
pum: & ligatum ibi, perindè vt signum, sagittis peti à sagittarijs. Posuerunt ergo eum  
milites in medio campo: & hincindè iaculis ad eō repleuerunt: vt instar hericij ex sagit-  
tarum densitate hirsutus videretur. Existimantes autem illum mortuum, abiērūt. Tunc  
relicta martyris Castuli Zetarij, nomine Irene, abiit nocte, vt corpus tolleret & sepeli-  
ret: & inueniens eum viuentem, per scalam excelsam adduxit eum in domum suam, vbi  
manebat, in palatium: vbi intra pācos dies membrorum omnium integerimam re-  
cuperauit sanitatem. Cumq; Christiani omnes ad eum conuenirent, hortabantur  
eum abscedere: Ille autem oratione facta descendit: & stans super gradus Heliogabali,  
venientibus Imperatoribus dixit: Inquis surreptionibus animos imperij vestri templo-  
rum pontifices obseruant, suggestentes de Christianis falsa commenta, tanquam illi sint  
Reip; aduersarij: cùm illorum orationibus Resp. in melius proficiat & crescat: nō enim  
cessant pro imperio vestro & pro salute Romani exercitus orare. Cūm hac & id genus  
alia diceret, Diocletianus ait: Tu' ne es Sebastianus, quem nos dudum sagittis iussera-  
mus interfici? Sebastianus dixit: Ad hoc me Dominus meus Iesus Christus resuscitare  
dignatus est: vt conueniam & confece vos coram omni populo, iniusto iudicio perse-  
cutionem vestram in Christi famulos ebullire. Tunc iussit eum in hippodromum pala-  
tij duci: & tandiū fustibus cædi: donèc exhalaret spiritum. Tulerunt autem corpus eius Fustibus cæ-  
nocti, & in cloacam maximam miserunt: dicentes: Nè fortè Christiani cum sibi marty-  
sus reddit rem faciant. Porrò beatus Sebastianus apparuit in somnis matronæ religiosæ, Lucinæ spiritum,  
nomine, dicens ei: In cloaca illa, quæ est iuxta Circum, quære, & ibi inuenies corpus me-  
um pendens in vno o? quod cùm leuaueris, perduces ad Cataumbas: & sepelies me in  
initio cryptæ iuxta vestigia apostolorum. Itaque beata Lucina cum seruis suis media  
nocte abiit, & eleuans corpus eius, posuit in pilento suo: perductumque ad locum, vbi  
ille imperauerat, cum omni diligentia sepelivit: perque dies triginta à sancto loco illo  
non recessit. Post aliquot autem annos, pace Ecclesiæ redditæ, domum suam mutauit  
in ecclesiam, omnes opes suas pro Christianorum consolatione illi derelinques; & ec-  
clesiam earum heredem instituens in Christo, qui viuit & regnat Deus per omnia secu-  
la seculorum, Amen.

## VITA S. MAVRI EPISCOPI CAESENNATIS,

Authore D. Petro Damiani, Episcopo Ostiensi.

## P R A E F A T I O.

**V**pientes aliquid scribere ad gloriam Dei nostri de beato Mauro  
Pôfice, sic auditorum desiderio satisfacere cupimus, vt iuxta dige-  
stæ relationis modum, veritati per omnia consulamus. Contemne-  
ndus quippe pincerna est, qui dum vini copiam iactat, fecem quoquæ  
punienda temeritate propinat. Improbus opipator est, qui tanta am-  
bitione alijs conuiuim præparat, vt in semetipsum cœtuantis famis  
incendiū sequire permittat. Temerarius nihilominus narrator est, qui  
dum laudum præconijs alios extollere nititur, ipse mergi in falsitatis barathrum non  
verc-

veretur. Nonnulli enim Deo se deferre existimat, si ad deferenda laudis eius insignia, satisfatis argumenta componant. Qui nimis si egregij predicatoris verba diligenter attenderent, talia non sentirent. Ait enim Corinthiis: Si autem Christus non resurrexit, inanis ergo est predicatione nostra, vana est fides vestra. Inuenimur autem & falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus aduersus Deum, quod suscita uerit Christi, quem non suscitauit. Secundum hanc ergo Apostolica verba falsus testis DEI meritò dicitur, qui indiscretè eum cupiens laudare, mentitur: & aduersus Deum proculdubio perhibet testimonium, quisquis in eius laude peruersa molitur arte commentum. Prophetæ quoquè terribiliter intonat, dicens: Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes eos qui loquuntur mendacium: nimis manifestè declarans, quia sicut leuis est odire, quam perdere: ita etiam tolerabilius est, iniquitatè ex infirmitate perficere, quam ex studio mendacia fabricare. Hinc est quod per Ieremiam de mendacibus dicitur: Docuerunt linguas suas loqui mendacium: ut iniquè agerent, laborauerunt. Qui enim simplicem veritatem vltro oblatam proferre poterant, satagunt ut mendacia cum labore configant. Hic si quis nos longè prafationis fortè redarguat, atque id, quod in Machaera libri scriptum est, austerus censor opponat, Stultum est, inquiens, ante historiam profluere, in ipsa autem historia succipi: Hanc reddimus rationem, quia vbi materia abundantis suspectit, ipsa stylis prolixitas prohibet in talibus immorari. Hic autem, vbi de beati viri virtutibus pauca quæ scribi debeant, præstò sunt, utilius arbitramur ad ædificationem audientium, ad quam omnis ecclesiastica intendit scriptura, in proœmio contra mendacium scribere, quam pro narrationis inopia ipsam historiam mendaciorum sinibus protelare. Igitur quæ de vita vel miraculis beati Mauri ad nostram notitiam peruenire potuerunt, secundum quod iuxta quorundam monachorum non omnino contemptibilium, coniuncte narrationē potuimus, fidelibus Christi fideliter intimamus.

## HISTORIA.

JANVAR. 20.  
Cæsenna  
sub ditione  
Romanæ  
Ecclesiæ.

S. Maurus  
Cefennæ p.  
ficitur Epi-  
scopus.

Galat. I.

In quosdā  
nimium d  
ditos exten  
nis occupa  
tionibus.

O itaq; tempore, cum adhuc Romana Ecclesia spatiovis  
multo iura protenderet, & inter cetera Cæsennate etiam  
oppidum possideret, contigit ut eadem Cæsenna suo pri-  
uaretur Episcopo. Cumq; Romanus Pontifex cerneret ne-  
potem suum, beatum videlicet Maurum, virtutum gradi-  
bus ad alta condescendere, & in sancte conuersationis studio  
non segniter vigilare, congruum duxit, ut talem virum ad  
sacerdotalis officij apicem promoueret, quatenus lucerna  
spiritus sancti non sub modio delitesceret, sed super cande-  
labrum posita, omnes qui in domo Dei sunt, sacre dostringe-  
radius illustrareret. Quid perplura? Tandem beatus Maurus

Cessennatis ecclesia cathedralm, diuina prouidentia disponente, suscepit. Idcirco autem vel Regis qui tunc imperabat, aut ipsius Apostolici p̄fusilis hic interponere nomina pretermisimus, quia cum ipsis, qui nobis reliqua dictant, hec pariter ignoramus. Eorum namque vocabula in antiquis quidem codicibus se vidisse commemorant, sed cum ciuitas ante hec flammis fuisse exusta, monumenta quoquā perhibent simul fuisse cōsumpta. Cum igitur vir Dei Maurus tam arduæ curæ sibi conspexit onus impositum, sicut de B. Paulo legitur, nequaquam acquieuit carni & sanguini, sed coepit se in dininis obsecquis tanto vigilantiore reddere, quanto sibi nouerat & tot subditorū custodiā imminēre. Perpendens nanq; quia ars est artium, regimen animarū: congruum iudicabat, nec internorū curam, exteriorū occupationē minuere, nec rursus exteriorū prouidentiam, internorū sollicitudine funditus declinare, nē videlicet aut exterioribus deditus, ab intimis omnino corrueret, aut solīs interioribus occupatus, quæ foris debebat proximis, negligentius exhiberet.

Sepè nanq; nonnulli velut obliti, quòd fratribus animarum causa prælati sunt, tanto cordis anni si secularibus curis inserviunt, quòd has, cùm adsunt, se agere exultant: ad has etiam cùm defuntur, turbulentis cogitationi astibus anhelant. Cumq; ab his,cessante forsitan opportunitate, quieti sunt, ipsa deteriùs sua quiete fatigantur. Voluptatem nanq; decernunt, si actionibus deprimantur: laborem putant, si in terrenis negocijs non laborant. At contrà nonnulli gregis quidem curam suscipiunt, sed sic sibi metu vacare ad spiritu

DE S. MAVRO EPISCOPO CAESENNATE.

469

spiritualia appetunt, ut rebus exterioribus nullatenus occupetur. Qui cum curare corporalia funditus negligunt, subditorum necessitatibus minimè occurunt. Quorum nimirum prædictio plerunque despicitur: quia dum delinquentium facta corripiunt, sed tamen eis necessaria præsentis vita non tribuunt, nequaquam libenter audiuntur. Egentis etenim mentem doctrinæ sermo non penetrat, si hunc apud eius animum manus misericordia non commendat. Tunc autem verbi semen facile germinat, quando hoc in audiens pectore pietas prædicantis rigat. Hæc autem idcirco de diuersis pastorum moribus loquimur, ut, quam prudens, quam moderata in B. Mauro fuerit discretio, demonstremus. Qui nimis dum neque contemplatiæ vita oculum sectando, actiū omnino deseruit, neque per actiū latitudinem liberè discurrendo, à contemplatione recessit, ut ita dixerimus, per auream viam cœlestis regni celistudinem penetrauit.

Denique dum in Episcopio suo degeret, & commissam sibi ecclesiam strenue guber-  
naret, coepit talena locum sollicita metis indagatione perquirere, vbi ad tempus & a se-  
cularium turba sedecere, & soli Deo posset specialius adherere: Domini sui non segnis Luc. 24.  
imitator, qui per diem in verbibus predicabat, noctu vero, in monte orationibus insistebat.  
Dumque in dies huius anxietatis magis ac magis cura succresceret, tandem adiecit ocu-  
lum ad breue quoddam promotorium, quatuor feret stadijs ab exigua vrbe semotum. Vo-  
cabatur autem saltus Spatiani, locus scilicet nec praeruptis cacuminibus subliims ad alta  
porrectus, nec omnino depresso in ima, ad arualem videbatur planitem coequatus. Sed  
ita erat congruo tenore in quadam meditullio constitutus, vt & super se positis libera-  
vifendâ totius penè dioecesis facultate tribueret, se autem ascendentes nequaquam ex-  
cellentior declivis processibus fatigaret. Erat enim mons ille nemorosa diversarum ar-  
borum densitate vestitus. Hic itaque mons beati viri adspexitibus placuit, ac si montem  
Oliueti adiacere vrbi Hierusalem cerneret, atque hunc Psalmum non immerito cum  
Propheta concinere potuisset: Memor, inquit, ero tuus Domine de terra Iordanis, & Ps. 41.  
Hermonij à monte modico: quem videlicet montem prius à Romano Pontifice, sub  
cuius iure dertinebatur, petijt: deinde cellulam sibi illuc cum exigua ecclesia fabricauit, Construit  
vbi quadragesimali tempore perseuerans, ieunijs & orationibus operam dabant. Et si sibi cellulâ  
quando de ecclesiasticis negotijs furari poterat, ad eandem cellulam velut ad dulcium in colle,  
epularum conuiuum recurrebat. Illic denique fluentum diuinæ contemplationis audi-  
dis mentis sue fauibus hauriebat, vnde postmodum arentia proximorum pectora san-  
cta predicationis poculo recreabat. Illo planè loco quasi pro balneo vtebatur: ibi  
enim curabar ablueri, si quam ex secularium hominum collocutione aut verbi aut cogi-  
tationis maculam contraxisset, & puluerem mundanæ conuersationis, sine quo hac hu-  
manæ mortalitatis via non carpitur, crebris illic lacrymarum fontibus expiabat. Ille In ea cons-  
igitur locus, qui sancto viro in vita tam dilectus & familiaris extitit, post mortem quo-  
que eius sepultura meruit insigniri. Nam corpus eius in saxea arca recondiuit, iuxta par-  
tum basilicam, quam ipse construxerat, est collocatum. ditu est cor-  
pus eius,

Hac igitur sunt, quæ de vita beati viri ad nostram potuerunt peruenire notitiā, non quid sunt à nostris relatoribus visa, sed succedentium generationum celebri memoria diuulgata. **Quidam** autem antiquus admodum senex, & corpore marcescente iam tremulo, nostro nupèr temporibus extitit, qui se vidisse huius beati Mauri nepotem, Constantium videlicet nomine, Episcopum Cæsennatis ecclesia testabatur. Sed quoniam de vita beati Mauri ea, quæ nobis audire contigit, stylo currente digessimus, nunc quater omnipotens Deus ad gloriam sui nominis eius merita reuelauerit, breuiter explicemus. Est autem nunc celebre monasterium in prædicto monte, in quo vir Dei orare consueverat, ad honorem beatæ Dei genitricis & virginis constitutum, ubi mons Mau- Mos Mau- ri. **Nex** antiqua populi consuetudine dicitur, quia locus ille non immerito sancti viri vo- cabilo decoratur.

Cum igitur arcilla, vbi beati viri corpusculum claudebatur, iuxta prefatam ecclesiam, terra vndique crescente congerie, delitesceret, & vix faxi ipsius summitas folores nus emineret, contigit ut homo quidam cum litanis aduenies, soluta caligæ ligula, repente illic pedem poneret, & nil tale existimans, secure ligaret. Vincto igitur talo, cum iam vellet abscedere, pedem nullo modo potuit amouere. Cumque diu conaretur, & culum omnia tentans, hoc illucque se verteret, pes nihilominus stabat immotus, & velut qui

R r      rigiam

rigiam ligare voluerat, semetipsum potius saxo ligasse dolebat. Volebat stare, sed una innixa planta, non poterat. Optabat acere, sed a suo pede corruere non valebat. Tandem repente populi aduentante concursu, alij malleis, alij securibus gestientes, partem lapidis praeciderunt, & post multa vix hominem de saxo exculpere potuerunt. Mox latantis turbæ clamor exoritur, mira Dei virtus attollitur, & beati Mauri tumulus di-

*Tumulus  
sancti viri  
innoscit.*

*Liberatur  
febricitans  
miro mo-  
do.*

*Multi cu-  
ratur mor-  
bidi.*

*Sanatur  
contractus,  
idemq; ca-  
cus.*

*Vide ultio-  
nem in vo-  
tifragum.*

*Videtur  
deesse, tse  
subrahēs,  
aut aliquid  
simile.*

*Liberatur  
demoniaca*

Item praedicti coenobij monachus, Tenzo videlicet nomine, grandeuus iam & ipsa canitie venerandus, cuius hoc relatione didicimus, aliud miraculum retulit, quod nequaquam silentio præterimus. Aliquando ipse praedictus frater acerrima vi febriū yrgebat. Cumq; nulla medicinali cura, nullo prorsus humano studio ad incolumentis statum redire potuisset, cuiā suā materterē, religiose videlicet sanctimoniali, nocturno silentio beatus Maurus apparuit, cīq; dixit: Si vis, inquit, nepotē tuum ex ea, quam patitur, ægritudine conualefcere, denūcia ei, vt super sepulturam meam signum sanctæ crucis infigat, omniq; anno solennitatē mihi celebrare deuoueat. Cumq; ille beati viri oraculum, quod sanctimoniali referente cognovit, grataanter impleret, mox ferreā crucem super tumulū fixit, deinde commotis visceribus precipitāter euomit, atq; ita protinus omnē ignei languori molestiā velut ipso vomitu egerente proiecit. Iamq; pristinæ sanitati integrerè restitutus, dignas Saluatori Deo gratias retulit, & B. Mauri miraculum, quod in se expertus fuerat, ad gloriā nominis Dei multis indicare curauit. Iam igitur celebri vtriusq; signifamā volitante per populū, cœperunt multi ad sacras beati viri reliquias deuotē cōcurrere, pījsq; eius meritis suas animas attētiū commendare. Nonnulli etiā diuersis valetudinē incommoditatibus laborantes, dum vel detritā sepulcralis marmoris limaturā biberent, vel beati confessoris misericordiā fusis tātummodo precibus implorarent, sani & incolumes ad propria sunt reuersi, quo cunq; fuissent vinculo ægritudinis obligati. Videres misera bilium languidorum soluta cadaera alieno prius ad minuculo sustentante deferri, qui mox cum magna exultatione atque tripudio remeabant, saluti pristinæ reparati.

Cumq; tot miraculis coruscātibus magis ac magis præclara B. Mauri fama crebre feceret, & virtutes, quas per eum Dominus ostēdebat, nō solū cōtingua quæque, sed & remotiora locorū spatiā personarē, tandem conuocatis Episcopis vicinarum urbium, multisq; populorū turbis vndique cōfluentibus, certatim arca illa, in qua beati viri patrocinia reconductū, effoditur, & terebrato pariete ecclesię, inter absidā & altare cum hymnis & laudibus summa diligētia collocatur. Processu verò temporis eadem basilica maior facta est, atq; vt in præsentiarū cernitur, festiniūs decorata, vbi ad declarāda beati confessoris merita, multa fiunt vīsq; in præsentē diem, Domino operāte, miracula. Ex quibus nos pauca perstringimus, quæ nimis hi, qui nobis referunt, se vidisse testātur. Papa Gerbertus iuxta Cæsennā castra metatus erat, eiusq; oppidū circunfusi exercitus obſidione vallabat. Tunc temporis ad B. Mauri tumulum delatus est quidā rusticus, gemina morborū passione depresso, cōtra cōtritus videlicet ac cæcus: sed postquam esset oratū, & lux amissa ad oculos rediit, & rigida membra fugatus languor absoluit. Protinus vidē se homo sanitati tam mirabiliter redditū, vt potē quas valebat gratias agens, beato se in eius seruum perpetuo iure cōtradidit, māsurumq; se in eius obsequio, donēc adiuveret, deputauit. Qui percepte salutis munere penē per decennium fruens, postmodum fragilitati carnis eneruiter cessit, vxoremq; sibi non fausto coniugio copula uit. Mox enim vt luxuriandi voluptate potitus est, oculorum lumen funditus perdidit, & quād diu vixit, in eadē cæxitate permanxit. Et certè dignum fuerat, vt quia iuri B. Mauri, cui se mancipauerat, t libidinis iugo turpiter colla supposuit, dono, quo ab vno Domino fuerat ditatus, amitteret, & qui interiores spontē inciderat, inuitus exteriōres tenebras incurrisset.

Alio quoq; tempore demoniaca quādā ad altare beati viri deducta est, quā tanto pestifer spiritus furore repleuerat, vt eam sibi quasi organū faciens, multa per os eius facrilega insania proferret, diras voces emitteret, & velut canis rabida crebris naubari bus elatratet. Triduo aut̄ postquam illuc perducta est, vehementi quādā impetu sanguinem vomuit, & ita malignū spiritū, à quo tenebatur, eiecit. Alia quādā mulier necessitate rei familiaris plusq; deberet, intenta, in festiuitate S. Zophili triticum purgare non timuit: sed dum beato Cōfessori digni honoris reverentiā nō exhibuit, digna animadverſionis

uersoris sententiam non euasit. Nam illico diuino percussa iudicio, brachijs attractis Punitur fe-  
obriguit, & codem modo ac si capistrum adhuc ventilare videretur, tremere infeliciter sum diem  
cepit. Hęc itaq; ante B. Mauri altare deducitur, & in predicta solennitate nunquam se violans.  
ulterius quippiā tale facturam instantissimè pollicetur. Mox largissima omnipotens  
Dei misericordia clemēter adfuit, & stupida mulieris brachia ad libertatem proprij vi- Sanatur.  
goris pleniter reformauit. Rursus alia mulier profluiū sanguinis patiebatur: quę cùm  
insanabili plaga iugiter vexaretur, & haec atq; illa tentans, nullū salutis portuisset inue-  
nire remedium, tandem in extremis angustijs cōstituta, reperit necessitas ipsa cōsilium.  
Nitido itaq; iuxta possiblitas suam linteo B. Mauri mausoleum cooperuit, & ita di. Itēm alia  
uinitus liberata, omnem prorsus molestia luridi languoris euasit. Enim uero cùm Apo- morbiā  
stolus dicat, fide mundans corda eorum, quia mundo corde, ut potè, plena fide beati vi. Act. 15.  
ri tumulum tergit, dignè promeruit à profluenti sanguinis immunditia liberari.

Itēm alia mulier ita erat violentissimi languoris immanitate cōtorta, vt soluto natu-  
rā ordine, ora teneret post se, ceruicē faceret ante sc. Quę similiter super B. Mauri me- Rursus alia  
moria linteum posuit, & protinus sanitate recepta, quibusq; membris ius suum natu-  
ra restituit, & ad tenendum vigorem proprium arteriarū organa temperauit. Alia quo-  
quę mulier, amissio lumine, de Aquitanis finibus deducta est, quę Gallicæ animositatis  
genium seruans, & ex more patriæ verba violenter infringēs, obstinatissimè testabatur,  
quod nunquam indē recederet, nisi per B. Mauri meritā lumen, quod amiserat, recepi-  
set. Sicq; magno fidei seruore succensa, breue tuguriolum inxta ecclesia parietē com-  
pilauit, vt quodammodo portu habitaculum, quām p̄parare videretur hospitium.  
Cumq; per octo dies instantissimè fuisset oratum, lumen quod quārebat, diuina gratia Cęcę resis-  
largiente recepit, & dignas illuminatoris suo Deo & Mauro eius famulo gratias retulit. tuitus lus-  
Popiliensis diocesis turba ad beati Arduini limina orationis causa tendebat, cumq; per men.  
oratorium B. Mauri transitū habuissent, contigit vt quādam ex illis fœmina, genū Ab-  
batis ipsius monasterij humiliiter osculata, commeandi licentiam peteret: Qua vix  
vnius sagittæ emissoe progressa, arrepta mox à dēmonio, in terram proicitur, con-  
cutitur, volutatur, & multa cōuicia aduersus eundem Abbatem inordinate euomebat.  
Hęc itaq; ante B. Mauri altare deducta, t̄ multò p̄st diuinæ virtutis est imperio libera- t̄ non muls-  
tātā vt redeuntibus socijs, iam sibimet redditā, simul cū eis sana & incolumis rener- tō, legendū  
teretur ad propria. puto.

Hęc igitur fratres charissimi de virtutibus, quas omnipotens Dominus per beatum  
confessorem suum Maurū operari dignatus est, pauca p̄scripsimus, vt ad glorificandā  
diuinæ maiestatis potentia veltrę charitatis studium incitemus. Qui dum nobis adhuc  
in via positis miraculorum suorum dignatur exhibere virtutem, per hęc nos ad capes- Psal. 110.  
fendam cælestis patriæ inuitat & prouocat hęreditatem, testante Psalmista, qui ait: Vir-  
tutem, inquit, operum suorum annūcia ut populo suo, vt det illis hęreditatem gentiū:  
quatenus dum ipsa sanctiorū sepulcra tot miraculis radiare conspicimus, de immensa  
eorum gloria qua iam cum Christo regnant, minimè dubitemus: vt despectis terrenis,  
illuc se noster animus iam per desiderium transferat, vbi se gaudere in perpetuum spe-  
rat: illuc se liberè spiritus dirigat, vbi imperator celi Christus cum supernę curiæ sena-  
toribus inessa bilit̄ regnat: Cui sit gloria & imperium cum coæternō patre & sancto  
spiritu per omnia secula seculorum, Amen.

## VITA ET RES GESTAE S. PATRIS NOSTRI, MAGNI ILLIUS EVTHYMI ABBATIS, AVTHORE Cyrillo monacho. Fortassis autem tota historia à Metaphraſte para- phrasticō redditā est.



Viuſlibet quidem rei exercitatio, egrè absq; exemplo & difficiliter 20. IANV.  
recte geri potest: multò magis autem virtutis operatio, quo est diffi-  
cilius & laboriosior, & perpetuo labore & tolerantia indiget. Idcirco  
multis quidem exemplis, multa autē eorum, quę ab alijs in vita gesta Sanctorum  
sunt, historia opū est ijs, qui hanc vitam asperā ingredi constituerū: exempla  
quę quidē & viam faciunt planiorem, nec sinūt eos defatigari, qui, ferant,  
quām ea sit aspera & ardua, respiciunt. In ijs enim inueniens, quibul-  
nam